quo dꝛ Job.v. Ingredieris in abundan
tia ſepulcꝝ. ſicut infert̃ aceruus tritici in
tꝑe ſuo. Tempus enim inferendi triticū
in horreū ſuum eſt tꝑs meſſium. Meſſis
ꝟo ē ꝯſummatio ſeculi In pñti vita deꝰ
dat de tritico ſuo pugillum.i. eterne beati
tudinis modicū guſtum. In futuro autē
dat animabꝫ manipulū.i. vnicam ſtolã
animaꝝ. In ꝯſummatiōe vero ſeculi da/
bit aceruū Aceruus enim ꝯficit̃ ex diuer
ſis manipulis. qꝛ tunc ſancti ꝑcipient fe
licitatem anime ⁊ immortalitatē corꝑis.
¶ Quintum eſt ſepulchꝝ infernale. de quo
dicit̃ Luce.xvi. Mortuus eſt diues ⁊ ſe
pultus eſt in inferno. Demon enī qui eſt
ſuꝑ auaros ibi habet ſuum ſepulchꝝ. Et
in circuitu eius ſunt ſepulchra omniū a/
uaroꝝ. vnde dicit̃ Ezech.xxxij. Ibi aſſur
⁊ omnis multitudo eius. in circuitu eius
ſepulcra illius. Aſſur interpretat̃ diues
vel beatus. Et ſignificat demonē qui eſt
ſuꝑ diuites qui reputant ſe beatos. Iſte
habet ſepulcꝝ in inferno ⁊ ī circuitu eius
ſepulchꝝ omniū auaroꝝ. Similiter ⁊ de
mon qui eſt ſuper omnes luxurioſos ibi
habet ſepulcꝝ. Et in circuitu eius ſunt ſe
pulcra omniū luxurioſoꝝ. vnđ ſequit̃ ibi
Moſoch ⁊ tubal ⁊ in circuitu illius ſe/
pulcra eius qui deſcenderūt in infernum
cum animabꝫ ſuis. Moſoch interpretat̃
captura. Tubal vero deſertus. Et ſignifi
cat demonem qui eſt ſuꝑ omnes luxurio
ſos. qꝛ a diabolo capiunt̃ ⁊ a đo deſerūt̃
Similiter ⁊ demon qui eſt ſupra ſuꝑbos
habet ibi ſepulcꝝ. ⁊ in circuitu eius ſepul
crum omniū ſuꝑboꝝ. vnde ſequit̃. Ibi
helam ⁊ omnis multitudo eius ꝑ gyrum
ſepulcra ſua qui deſcenderunt ad terram
vltimā Helam interpretat̃ ſupliminare
Et ſignat demonem qui eſt ſuꝑ ſuꝑbos.
qui ſemper alijs volunt imminere. Iſte
demon habet in inferno ſepulcꝝ ſuū. ⁊ in
circuitu eius ſunt ſepulchra omnium ſu/
perboꝝ.

In die Paſche Sermo.j.

Hec dies quam
fecit dominus exultemus ⁊ le/
temur in ea. ꝑs. Eccleſia que
in chriſti paſſione oſtenderat ſuum fletũ.
nunc oſtendit ſuū gaudium dicens Hec
dies quam fecit dñs ⁊c. ¶ Vbi oſtendit̃ ꝙ
eſt dies luminoſa. cum dicit̃. Hec dies.
Dies enim dꝛ a dyan grece. qđ eſt clarū
latine. Scđo ꝙ eſt virtuoſa cum dꝛ. quã
fecit dominus. qꝛ in ea dñs multa mira
opatus ē. Aug. Et ſi dominus oēs dies
fecit hanc tamen ſingulariter. non qꝛ eã
pre alijs. ſed qꝛ in ea plus q̃ʒ in alijs fe/
cit. Tercio ꝙ eſt gaudioſa. cum ſubditur
Exultemus ⁊ letemur in ea. Eſt autē lu/
minoſa qꝛ iam quadruplici lumine eſt il/
luſtrata. Primo a lumine celeſti.i. ab ipo
ſole qui in hac die amplioꝛi luce refulſit
Ambro. In reſurrectōne chriſti aer ſalu/
brioꝛ. ſol candidioꝛ. terra fecundioꝛ. Ma
ximus. In reſurrectione chriſti elementa
omnia gloriantur. nam ⁊ ſolem ipſum in
hac die arbitroꝛ ſolito clariorem. Neceſſe
eſt enim vt in hac die ſol gaudeat ⁊ in eiꝰ
plus ſolito iocundet̃ reſurrectōne. in cuiꝰ
paſſione cōdoluit. ſicut enim in paſſione
chriſti maiorem recepit obſcuritatem in
ſignum triſticie. qꝛ credit̃ fuiſſe eclypſis.
ſic in vniuerſalis eius reſurrectōe maio/
rem recipiat claritatem in ſignum leticie.
Non potuit iſtam claritatem maiorē reci
pere q̃ʒtum ad extenſionem. qꝛ ſol đ rōne
ſui ad omnia ſe extendit. ⁊ iđ recepit eam
q̃ʒtum ad intenſionem. ¶ Scđo hec dies il
luminatur a lumine intellectuali.i. ab an
gelo qui hodie totus lumīoſus apparuit
ſcʒ in aſpectu. habitu ⁊ affatu. Aſpectum
habet fulgiduʒ adinſtar fulgoris. habitū
adinſtar niuis. affatū adinſtar ſolis. ma/
thei.vlti. Erat autem aſpectus eius ſicut
fulgoꝛ. quo ad primū. Et veſtimēta eius
ſicut nix. quo ad ſecundū. Scio enim ꝙ

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Ihesum queritis. quo ad tercium. Cum
enim xp̄s ſit ſol qn̄ ihesum nominauit ſo
lem in ore habuit ¶ Tercio illuminatur a
lumine ſupſubſtantiali ſcꝫ a xp̄o. j. Ma
chabe. ij. Tempus affuit quo ſol refulſit
qui prius erat ſub nubilo. Fuerat em̄ ſub
triplici nubilo. ſcꝫ mortalitatis quo ad cor
pus. paſſibilitatis quo ad animā. ⁊ mul
tiplicis penalitatis quo ad vtrumqꝫ. Et
hodie de iſto triplici nubilo exiuit ⁊ in mū
do refulſit. Nam corpus eius induit im
mortalitatem. anima impaſſibilitatē. ⁊ v
trumqꝫ omnimodā gloriam ⁊ felicitatem
Leo papa. Poſt paſſionem xp̄i ruptis vī
culis mortis infirmitas in virtutē. morta
litas in eternitatē. cōtumelia tranſiuit in
gloriā ¶ Quarto illuminatᷣ a luīe ſpūali.
ſcꝫ a luce fidei. grē ⁊ doctrine. Olim qui
dem iſta lux in ſolis iudeis refulgebat. qꝛ
ſoli habebant fidē veram. ſpūalem grām
⁊ doctrinā ſanam. Tota aūt gentilitas e
rat in tenebris infidelitatis. culpe ⁊ igno
rantie. ſed poſt reſurrectōēꝫ xp̄i gentilitas
eſt ꝯuerſa ⁊ in ea luxit fides vera grā ⁊ do
ctrina. Et qm̄ lux nuncqꝫ augetᷣ melius q̄ꝫ
per applicatōem lucis ad lucē. ideo hec lux
ſpūalis multum excreuit. qꝛ in vtroqꝫ po
pulo ſcꝫ iudayco ⁊ gentili ꝯiuncta fuit. ſ.
fides fidei. Roma. j. Iuſticia enim in ea
reuelatᷣ ex fide. gratia gratie. zach. iiij. Ex
equabit grām gratie eius. ⁊ doctrina doc
trine ſcꝫ nouum teſtamentū veteri. vtrum
qꝫ enim eſt in altero. ſcꝫ nouū in veteri per
prefiguratōem. ⁊ vetus in nouo ꝑ expoſiti
onem. Iuxta illud Ezech. v. Rota in me
dio rote ¶ Scd̄o hec dies eſt virtuoſa. cu
ius virtus ⁊ efficacia in triplici machina
mundi apparet. In celo ſcꝫ qꝛ ſanctoꝝ glo
ria eſt augmentata q̄ꝫtum ad tria. ſcꝫ quā
tum ad obiectū. qꝛ cum obiectum beatitu
dinis eſſet ſola diuinitas. mō eſt huma
nitas ⁊ diuinitas. Jo. x. Egredietᷣ ſcꝫ ad
ꝯſideratōem humanitatis. ⁊ ingredietur
ad ꝯſideratōēꝫ diuinitatis ⁊ vbiqꝫ paſcua
inueniet ſcꝫ eterne ſuauitatis. quātum ad
ſubiectū. qꝛ cum modo ſole aīe ſint glo
rificate tandē per xp̄i reſurrectōem corpo
ra reſurgent ⁊ animabꝫ ꝯiungentᷣ. ⁊ ſic to
tus homo beatificatᷣ. Quantum ad ꝯſor
tium. Olim quidē non erat in beatitudīe
eterna de creaturis rationalibꝫ niſi ange
lica. ſed modo aſſociatᷣ ei humana natura
qꝛ hoīes intra angeloꝝ ordines aſſumun
tur. Propter iſta tria dr̄ Heſter. viij. Iu
deis noua lux oriri viſa eſt. gaudiū honor
⁊ tripudiū. Habebunt enim ſancti gaudi
um de angelica ſocietate. honorem im
menſum ꝓ aſſumpta a xp̄o humanitate.
tripudiū. qꝛ corporis ⁊ anime felicitatem
¶ Secundo apparuit eius efficacia in mun
do ſcꝫ q̄ꝫtum ad preteritos. p̄ntes. ⁊ futu
ros. Maxim̄. Letemur in hac die que et
viuos circūfulget. ⁊ mortuos viuificat.
⁊ venturos illuīat. Specialiter aūt xp̄i re
ſurrectio apl'is ꝓfuit qui remanſerāt in er
rore. in timore ⁊ in merore. Sed hodie ti
mor tranſiuit in ꝯſtantiam. error in fidem
veram. Actu. iiij. Virtute magna redde
bant apl'i. ecce quanta ꝯſtantia. teſtimoni
um reſurrectōnis. ecce fides vera. Meror
in leticiā Johan. xx. Gauiſi ſunt diſcipu
li viſo dn̄o ¶ Tercio apparuit eius virtus
⁊ efficacia in inferno. Sancti em̄ patres
ibi erant multū deſolati ꝓpter locū. qꝛ erāt
in loco infimo qui debebant eſſe in celo. ⁊
ꝓpter damnū. qꝛ erant in caligine qui de
bebant eſſe in dei lucida viſione. ⁊ ꝓpter cō
ſortiū. qꝛ habebant demonum vicinitateꝫ
qui debebant habere angeloꝝ ſocietatem.
Sed xp̄us eos extrahens ad locū celeſtē
eos deduxit. ſuā viſioneꝫ eis reddidit. an
geloꝝ ſocios eos fecit Iſa. xxxv. Gaudi
um ⁊ leticiā obtinebunt ⁊c̄. Habebunt er̄
gaudiū. qꝛ ꝯſecuti ſunt diuine viſionis re
ſpectū. leticiā qꝛ dimiſerunt locū tam infi
mū. fugit ab eis dolor ⁊ gemitus qꝛ eua
ſerunt tā horribile ꝯſortiū ¶ Tercio hec di
es ē gaudioſa cū dr̄. exultemus ⁊ letem̄ in

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ea. Eſt autē aliqua differentia inter gau
dium ⁊ leticiā ⁊ exultatōnem. nam ſcdm
Aug. Gaudium eſt diffuſio cordis de a-
liquo bono ꝯcepto. Leticia addit ſupra
gaudiū maiorem. ſ. cordis dilatatōnem.
vnde ⁊ leticia quaſi laticia dr̄. Exultatio
aūt addit ſupra vtrūqꝫ maiorem oſtenſi-
onem vnde exultatio quaſi extra ſaltatio
dicit̄. Eſt ergo hec dies tota gaudioſa. qꝛ
in hac die gaudent creature ſupiores le-
tate ſunt medie exultauerunt inferiores.
Iſta oīa oſtēdit Ambro. dicens. In hac
die ꝑ xp̄i reſurrectōnem apit̄ tartarus. ꝑ
neophitos eccleſie renouat̄ terra. Celum
ꝑ ſpiritū reſerat̄. Aptus tartarus reddit
mortuos renouata terra germinat reſur-
gentes. Celum reſeratū ſuſcipit aſcendē
tes. Tartarus quos habet reddit ad ſu-
peros. Terra quos ſepelit mittit ad celū
Celū quos ſuſcipit repreſentat ad deum

¶ De eodem Sermo. ij.

Surrexit dn̄s vere ⁊ apparuit ſi-
moni Luce. vlti. Quatuor ſunt
que chriſti reſurrectōnem faciūt
valde mirabilem. ſ. reſurgentis mira feli
citas. eiuſdē mira poteſtas. reſurrectōis
omnimoda veritas. ⁊ reſurgentis ineffa
bilis pietas. Iſta quatuor in premiſſis
¶ verbis notant̄. Primo enim ponit̄ cuſti
magna felicitas. cū dr̄. ſurrexit. ſcdm aūt
Aug. non ſurgit niſi qd̄ prius cecidit ſed
chriſtus cecidit ꝑ mortem corporis nō per
mortem mentis. Et ideo tm̄ vna reſurrec
tione indigebat. ſ. reſurrectione glorioſa.
Nos aūt quadruplici caſu cecidimus. ſ.
ꝑ mortem corporis. ꝑ mortem mentis. per
mortem vetuſte ꝯuerſationis ⁊ ꝑ mortē
infidelitatis. Primo ergo homo cecide-
rat ꝑ mortem corporis. iō indigebat reſur-
rectōne corꝑali. j. Cor. xv. Per hominē
mors ⁊ ꝑ hominem reſurrectō mortuorꝝ
Scdo ceciderat ꝑ mortem mētis iō indi
gebat reſurrectōe ſpūali. de qua dr̄ Apo.
xx. Beat⁹ qui hꝫ ptē in reſurrectiōe pria.
⁊ Oſee. vi. Viuificabit nos poſt duos
dies ī die tercia ſuſcitabit nos. Ad reſur
rectōnem enim ſpūalem duo dies requi-
runtur. ſ. remiſſio culpe ⁊ collatio gratie.
Ad reſurrectōnē vero ſpectat corporꝝ ab-
lutio culpe ⁊ collatio glorie. ⁊ deſpoliatio
omnis miſerie. Tercio homo ceciderat ꝑ
mortē vetuſte ꝯuerſationis. ideo indige-
bat reſurrectione ſacramentali. de qua dr̄
Ro. vi. Sicut xp̄s reſurrexit a mortuis
ad gloriam patris. ſic ⁊ nos in nouitate
vite ambulem⁹ Quarto ceciderat ꝑ mor
tem īfidelitatis. iō indigebat reſurrectiōe
exemplari. Nūqꝫ enī crediſſet reſurrec
tionis ſacramentū niſi eum habuiſſet in
exemplū. Gre. Chriſtus mori dignatus
eſt ex volūtate. reſurrexit ex ptāte. ⁊ oñdit
exemplo qd̄ nobis ꝓmiſit ī premio. Se
¶ cundo ponit̄ reſurgentis magna ptās cū
dr̄. dn̄s. ipſe enī fuit dn̄s ſue reſurrectōis
qꝛ ſeipſum ſuſcitauit. Magna nāqꝫ potē
tia eſt qn̄ viuus reſuſcitat mortuū. ſicut
petrus thabitā vt habet̄ Act. ix. Maior
qn̄ mortu⁹ ſuſcitat mortuū ſicut corpus
heliſei ſuſcitauit cadauer defuncti vt ha-
bet̄. iiij. Re. xiij. Maxima vero potētia ſi
defunctus ſuſcitaret ſeipm̄. ſed iſtō nuſqꝫ
alias eſt reptum. Chriſtus autē ⁊ viuus
ſuſcitat defunctū ⁊ hoc lazarꝝ. ⁊ mortuus
ſuſcitauit mortuum qꝛ cum ipſo mortuo
multa corpa ſctōꝝ reſurrexerūt. ⁊ mortu⁹
ſuſcitauit ſeipſum. Jo. ij. Soluite teplū
hoc ⁊ in triduo excitabo illud. ⁊ ibidē. x.
Poteſtatē habeo ponendi aīam meā ⁊c.
¶ Tercio ponit̄ eiuſdē reſurrectōis omni
moda veritas cū dr̄. Vere. quā quidem
veritatem oſtendebat modo ꝑ comeſtōꝝ.
modo ꝑ palpationē. mō ꝑ cicatricū oſten
ſionē. Similiter ⁊ nr̄a reſurrectō ſpūalis
dꝫ eſſe vera. ¶ Notandū aūt qꝫ ſpiritus
aliqn̄ ꝯiungit̄ corpi q̄ꝫtum ad motū ſed
nō q̄ꝫtum ad ſenſū. ſic ſpūs aereo corpi
qd̄ aſſumit. aliqn̄ q̄ꝫtum ad ſenſum ⁊ nō
ad motum. ſic ſpūs reproboꝝ ꝯiungunt̄

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

igni ſm aug. non dantes illi vitã ſed ſen
tientes ab illo penã. Aliq̃n quantum ad
vtrumq;. ſicut aĩa corpori humano. ⁊ ſo
lummõ veraciter eſt viuũ. Sunt igit̃ qui
habent motũ alicuius exterioris opis bo
ni ſed non hñt ſenſum recte fidei. ſic ſunt
heretici. Iſti ſunt mortui quantũcunq; vi
deant̃ viui. Apoc. iij. Nomen habes ꝙ vi
uas ⁊ mortuus es. Alij ſunt qui hñt ſen
ſum recte fidei ſed non hñt motum opati
onis bone. ſicut mali xp̄iani. ⁊ iſti ſimili-
ter ſunt mortui. Iaco. ij. Fides enim ſine
operibꝫ mortua eſt. Alij ſunt qui hñt ſen
ſum ⁊ motũ. i. fidem rectam ⁊ opationem
bonam. ſicut boni xp̄iani. ⁊ iſti ſolummõ
viuunt vita gratie corã deo. Tytũ. ij. So
brie ⁊ pie ⁊ iuſte viuamus in hoc ſeculo.
qui habent ſobrietatẽ quantũ ad ſe. iuſti-
ciam ꝗ̃tum ꝓximum. pietatem quantũ
ad deũ. ¶ Quarto ponitur xp̄i reſurgentis
magna pietas cum dr̃. Apparuit ſymoni
Magna namq; xp̄i pietas ꝙ diſcipulũ
ſe negantem non deſperit. ſed ſibi benigne
apparuit. ꝗ̃uis enim xp̄s exuerit mortali
tatem non tñ exuit pietatem. ꝗ̃uis depo-
ſuerit oẽm miſeriam. non tñ depoſuit mi-
ſericordiã. ꝗ̃uis abiecit paſſionem nõ tñ
ꝯpaſſionem. verꝫ cum petrus fuerit trino
mius. ſcꝫ petrus cephas ⁊ ſimon. non tñ
dicit̃ ꝙ apparuerit petro vel ceph̃e. ſed ſi-
moni. Petrus namq; interpretat̃ agno-
ſcẽs. ⁊ poteſt ſignificare predicatores In
terpretat̃ etiam diſcalcians ⁊ poteſt ſigni
ficare miſericordes. Cephas interpretat̃
caput. ⁊ p̃t ſignificare eccl̃ie prelatos ⁊ pa
ſtores. Symon interpretat̃ obediens ⁊ ſi
gnificat preceptorꝫ factores. Chriſtus igi
tur nõ apparet alicui ꝓpter ſuam auſteram
vitam. nec ꝓpter dignitatẽ ſuã neq; ſum
mam prelatiõem. ſed ꝓpter preceptorꝫ dei
obedientiam veram.

¶ De eodẽ Sermo. iij.

Qui ſuſcitauit ihesum ⁊ nos cum
Ihesu ſuſcitabit. ij. Corꝫ. iiij. q̃
caput nõ eſt ſine corpe. nec corpus ſine ca
pite. ideo apl̃s ait hic de reſuſcitatõne ca
pitis cũ dicit Qui ſuſcitauit ihesum Se
cundo de reſuſcitatõne corporis cũ addit
Nos cũ ihesu ſuſcitabit ¶ Circa primum
notandũ ꝙ ip̃a reſurrectio capitis noſtri.
i. xp̄i tripliciter fuit ¶ Primo namq; ſur
rexit velociter q̃ die tercia. noluit autẽ an
te diem terciũ reſurgere. Tum ꝓpter pba
tionem. q̃ ſicut in ore duorꝫ vel triũ teſtiũ
ſtat omne verbũ. ſic in duobꝫ vel tribꝫ ex-
periemur omne factũ. Tum ꝓpter ſignifi
catõem vt ſcꝫ ex hoc ſignificaret̃ ꝙ lux ſue
mortis fugauit nr̃ãm duplicem mortem.
⁊ ideo vna die integra. ⁊ duabꝫ noctibꝫ ia
cuit in ſepulchro Tum ꝓpter reſtauratorꝫ
prefiguratõem. Petrus rauẽn. Tres di
es voluit eſſe ſue ſepulture q̃ in celo ſunt
reſtauraturus. que in terra reparaturus. et
que apud inferos redempturus ¶ Scd̃o
ſurrexit feliciter. q̃ depoſita omni miſeria
qd̃ quidem oſtendit verbo. facto ⁊ ſigno.
ac miſterio. Verbo quidẽ cum dixit Lu.
vlti. Hec ſunt verba que locutus ſum vo
bis cum adhuc eſſem vobiſcũ. Nam ⁊ cũ
illis erat per p̃ñtiam. ſed cũ eis non erat
per mortalitatẽ depoſitam. Facto q̃n ia-
nuis clauſis ad diſcipulos intrauit. Gre
go. Quid mirꝫ ſi clauſis ianuis in eternũ
iam victurus intrauit qui moriturus ve-
niens nõ aperto vtero virginis exiuit. Si
gno q̃n diſcipulis piſcantibꝫ in litore ap
paruit. Greg. Ac ſi ipſum reſurrectionis
ſue miſteriũ rebꝫ loquat̃ dicens. Ideo vo
bis in mari non appareo. q̃ vobiſcũ in per
turbationũ fluctibꝫ non ſum Miſterio. ſ.
per hoc ꝙ in galilea apparuit. Greg. Ga
lilea tranſmigratio interpretat̃. Iã quip
pe a paſſione ad reſurrectõem. a morte ad
vitam. a pena ad glĩam tranſmigrauerat
¶ Tercio ſurrexit potenter. q̃ capta preda
ſcꝫ infernali. Ip̃e enim infernũ ſpoliauit.
Iher. iiij. Aſcendit leo de cubili ſuo. ⁊ pre
do gentium ſe leuauit. Sanctos quĩ ibi

erant ad ſe traxit Johã.xij. Si exaltatus
fuero a terra omnia traham ad meipſum
Multitudinē que erat ī inferno momor-
dit. qꝛ vnam ꝑtem a ſe accepit ⁊ aliā ibi
dimiſit Oſee.xiij. Ero mors tua o mors
morſus tuus o inferne. ¶ Scḋo ponit apo
ſtolus reſurrectōnem corꝑis miſtici. cum
dicit̃ Et nos cum ihꝛſu ſuſcitabit. ꝙ aūt
xp̃s corpa noſtra reſuſcitet. ꝑ m̃ltos mo-
dos ſecuros nos fecit. Pⁱo ꝑ ꝓmiſſiōꝫ
Jo.vi. Hec eſt voluntas patris mei qui
miſit me. ⁊ ſequit̃ Et ego reſuſcitabo eū
in nouiſſimo die. Deus autem ſuam ꝓ-
miſſionē irritare non poteſt p̃s. Que ꝓce
dunt de labijs meis nō faciam irrita. ¶ Se
cundo ꝑ iuramentū Johã.v. Amen amē
dico vobis qꝛ omnes qui in monumētis
ſunt audient vocem filij dei. Deus autē
poſt ſuū iuramentū penitere non poteſt. de
hoc p̃s. Jurauit dñs ⁊ non penitebit eū
tu es ſacerdos ineternū ⁊c̃. ¶ Tercio ꝑ in-
ſtrumenta. i. quatuor euangelia. In quo-
libet enim euangelio de noſtra reſurrectōe
ꝯtinet̃ Aug. Euangeliū legimus inſtru-
mentū noſtꝝ. ¶ Quarto ꝑ teſtes. de hoc eñ
teſtes ſunt patriarche Job.xix. In nouiſ-
ſimo die de terra reſurrecturus ſum ⁊c̃. ꝓ
phete Ezech.xxxvij. Vaticinare de oſſibꝰ
iſtis ⁊ dices eis Oſſa arida audite vbū
di ⁊c̃. Apoſtoli dñi.j. Coꝝ.xv. Seminat̃
corpus animale ſurget corpus ſpirituale
Martyres.ij.macha.vij. E celo iſta poſ-
ſideo. ſed ꝓpter dei leges ea deſpicio. qꝛ
ab ipſo ea me recepturꝝ ſpero. Cōfeſſores
ij.macha.xij. Vir fortiſſimus iudas col-
latōe facta ⁊c̃. Virgines Apo.xx. Dedit
mare mortuos ſuos ⁊c̃. ¶ Quinto ꝑ fide-
iuſſores. deus eñ ſanctos qui ſunt in pa
tria nobis in fideiuſſores dedit. ꝙ quādo
eoꝝ corpa reſurgerēt ⁊ noſtra reſurgerēt.
Apo.vi. Vidi ſubtus altare animas in-
terfectoꝝ ⁊c̃. Et ſequit̃ Dictū eſt eis vt
requieſcerēt adhuc tēpus modicū donec
ꝯpleat̃ numerus ꝯſeruoꝝ ⁊ fratꝝ ſuorū.

¶ Sexto ꝑ obſides. deus eñ corpa apoſto
loꝝ ⁊ alioꝝ ſanctoꝝ in obſides nobis de-
dit ꝙ ſine nobis nō ꝯſummabunt̃. He-
bre.xi. Hi omnes teſtimonio fidei ꝓbati
nō acceperūt ꝓmiſſionē deo ꝓ nobis ali-
quid melius ꝓuidente vt nō ſine nobis
ꝯſummarent. ¶ Septimo ꝑ pignora. dimi
ſit enī nobis in pignus corpus ſuū Jo.
vi. Qui manducat meam carnem ⁊ bibit
meū ſanguinem habet vitam eternam. et
ego reſuſcitabo eum ī nouiſſimo die. De
dit ⁊ aliud pignus ſcꝫ ſpm̃ ſcm̃ Ro.viij.
Si ſpũs qui ſuſcitauit ihꝛſum habitat in
vobis viuificabit ⁊ mortalia corpa noſtra
⁊c̃. ¶ Octauo per arram. Eſt aūt arra pars
precij ꝑſoluendi. Tūc igit̃ xp̃s noſtre re-
ſurrectionis arram dedit qñ multa corpa
ſanctoꝝ ſuſcitauit. ¶ Nono ꝑmiſſione poſ-
ſeſſionis in rem. tunc enim in poſſeſſionē
reſurrectōnis miſſi ſumus qñ caput nr̃m
reſurrexiſſe videmꝰ. ſi eñ caput reſurrexit
ꝯſtans ē ꝙ ⁊ corpus reſurget. Maximꝰ
In ſaluatore noſtro omnes reſurgemus.
Eſt enim in chriſto homine vniuſcuiuſq
caro ſanguis et portio. Vbi ergo portio
mea regnat regnare me credo. vbi dñatur
ſanguis meꝰ dñari me ſentio. ac vbi glo
riat̃ caro mea glīoſum me eſſe cognoſco.

¶ De eodem Sermo.iiij.

Oportuit xp̃m pati ⁊ reſurgere.
Luce.vlt. Quāuis in predictis
vbis fiat mētio ď ludibrio paſſi
onis. tamen de hoc nihil ad preſens. Sꝫ
ſolūmodo videamus quare chriſtū reſur
gere oportebat. Homo nāq̃ erat mortuꝰ
vetuſtus ⁊ a ꝑadiſo excluſus. ideo opor-
tebat xp̃m reſurgere vt mortuū viuifica-
ret vetuſtum renouaret. ⁊ excluſum aperi
endo celeſtem ianuam introduceret. Pri
mo igit̃ oportet xp̃m reſurgere. ſ. vt mor-
tuū viuificaret Genus quidem humanū
quadrupliciter ꝯſideratur. aut q̃ntum ad
illam ꝑtem que eſt in patria. aut illā que

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

eſt in via aut quantum ad illam que eſt in
medio vie.i.in purgatorio.aut quantum
ad illam ꝑtem que eſt extra viam.i.in in-
ferno.Quantū aūt ad illam ꝑtem que eſt
in patria anima ꝑ glorificatiōem.corpus
aūt eſt mortuū per incinerationem ſed ſpi
ritus immortalis eſt.Corpus quidē mor
tuum eſt ꝓpter peccatū.ſpūs autem viuit.
ſcꝫ coram deo ꝓpter iuſtificatōem.Illa ve
ro ꝑs que eſt in via eſt mortua.ſed illa eſt
duplex.Quedā enim eſt mortua mundo
ſed viuit deo.Unde p̄s.Mors peccatoꝝ
peſſima.Illa vero que eſt in purgatorio ē
mortua quo ad corpus per īgeneratōem
⁊ quantū ad animam quo ad grauē paſſi
onem.quia ſicut dicitur Eccꝗ.xx.Melius
eſt mors q̃ꝫ vita amara.Illa autem que ē
in inferno non tm̄ eſt mortua quo ad cor-
pus ſed etiam quantū ad animā que qui
dem mortua eſt per morſum ꝯſcientie ⁊ ꝑ
cruciatū ignis gehenne.Iſaie.lxvj.Uer
mis eoꝝ non moriť.i.ignis non extingui
tur.In hoꝝ ſignificatōem ſacerdos de ho
ſtia tres partes facit.Illa enim que poni
tur in calice ſignat illam ꝑtem que eſt in
celo que a turbatōe hominū abſconditur
⁊ torrēte voluptatis dei potatur.Alie due
repn̄tant alias duas.ſcꝫ illam que eſt in
purgatorio.⁊ illā que eſt mortua mundo
Quarta aūt ⁊ quinta pars.ſ.⁊ peccato
rum ⁊ damnatoꝝ ibi non prefigurať.qꝛ a
corpore ſunt preſciſa.Omnes autē iſtas
partes ſic mortuas xp̄s per ſuam reſurre
ctionem viuificat.nam illā que eſt in celo
viuificat corpa de monumentis ſuſcitan
do ⁊ animabꝫ ꝯiungendo Johan.v.Om
nes qui in monumentis ſunt audient vo
cem filij dei ⁊c̄.Illam que eſt mortua in
mundo viuificat in celo glorioſam appa-
rere faciendo.Cum chriſtus apparuerit vi
ta veſtra tunc ⁊ vos apparebitis cum ipſo
in gloria.Illam que eſt in purgatorio vi
uificat poſt purgatōem ad ſalutem eternā
ducendo.j.Coꝝ.iij.Ipſe autem ſaluus
erit.ſic tamen quaſi per ignē que eſt mor
tua ex peccato ſepe viuificat eam.ſomno
peccata excitando.Eph̄e.v.Surge q̄ dor
mis ⁊ exurge a mortuis ⁊ illuiabit te xp̄s
Illā que eſt in inferno viuificat corpa vi
uificando ⁊ animabꝫ ꝯiungendo.ac dupli
ci pena ſcꝫ in corpe ⁊ anima puniēdo Iher
re.xvij.Duplici ꝯtritione ꝯtere eos.¶Se
cundo oportuit xp̄m reſurgere vt hominē
vetuſtum renouaret Juxta illud Roma.
vj.Sicut xp̄s reſurrexit a mortuis in glo
riam patris.ita ⁊ nos in nouitate vite am
bulemus.Chriſtus autem reſurrexit velo
citer.veraciter.integraliter.⁊ ꝑpetualiter
⁊ per iſtum modū nos in nouitate vite de
bemus ambulare ⁊ reſurgere.Primo nā
qꝫ noſtra innouatio debet habere velocita-
tem.qd̕ eſt ꝯtra penitentiā differentes.ſic
enim xp̄s tercia die reſurrexit a mortuis.
ſic ſaltem ⁊ nos tercia die debemus reſur
gere a peccato.Prima dies eſt delectatio
nis.Secunda eſt ꝯſenſus.Tercia dies ē
opus.Si enim addit quartū diem que ē
ꝯſuetudo reſurgere vix valebit In huius
ſignificatōem dn̄s de facili ſuſcitauit pu-
ellam in domo.i.peccatorem dum adhuc
peccatū habet in corde per ꝯſenſum.Faci
liter etiā ſuſcitauit mortuū extra domum
delatū.i.peccatorem qui exiuit ad peccati
ſimplicem actū.Difficulter autē ſuſciſa-
uit lazaꝝ quatriduanū.i.peccatorē in pec
catis inueteratum.¶Secundo noſtra in-
nouatio debet habere veritatem.quod eſt
contra penitentiam ſimulantes.de quibꝫ
dicitur Apocalipſis.iij.Nomen habes qꝫ
viuas ⁊ mortuus es.Quidaꝫ enim ſunt
viui quantum ad nomē.ſed mortui quā
tum ad rem ſicut hypocrite.Et quidam
ſunt viui quantum ad rem ſed quantuꝫ
ad nomen ſunt mortui.ſicut ſancti viri q̄
viuunt coram deo ⁊ deſpiciuntur a mun
do.Quidam vero ſunt viui quantum ad
nomen ⁊ rem.ſicut illi qui habent interi-
us mundam ꝯſcientiam.exterius claram

famam. Quidam autē ſunt mortui q̄tū
ad vtrūq3 qui ⁊ interius ſunt ſceleribus
pleni. ⁊ exterius hominib9 odioſi. Tercio
debet habere integritatē qđ eſt contra peni-
tenciam diuidentes. Sicut em̄ xp̄s inte-
ger ſurrexit. ſic ⁊ nos debemus integre re-
ſurgere a peccatis. Sed quidā ſunt qui
deo ex ſuo corde tres ptes faciūt. nam in-
tellectiuam dant deo p fidē. ſed hoc mo-
dicum eſt. q2 ſicut dr Jaco. ij. Tu credis
q2 vnus eſt deus ⁊ bene facis. ⁊ demones
credunt ⁊ contremiſcunt. Affectiuam dant
mūdo p amorē. ſed hoc ꝓhibitū eſt Jo.
ij. Nolite diligere mūdum neq3 ea que in
mundo ſunt. Et opatiuam dant diabolo
p opatōnem ſed hoc diabolicum eſt. Jo.
viij. Facitis opa patris veſtri. deus autē
totum cor vult habere Prouerbi. xxiij.
Prebe fili mi cor tuum mihi. Quarto in
nouario noſtra debet habere ppetuitatem.
vt ſicut xp̄s reſurrexit nūq3 decetero mo-
riturus. ſic ⁊ nos a peccato debem9 reſur-
gere ⁊ ad ipſum nūq3 redire. Qui em̄ ad
peccatū redeūt ſunt ſuā animā polluētes
j. Pe. ij. Canis ad ſuū vomitū reuerſus.
Sunt ⁊ ꝓximū ſuo malo exemplo infici
entes. vnde ſequit̄. Et ſus lota in volu-
tabro luti. Sunt itē crucifigentes in ſe-
metipſis filium dei. ſunt deum irridentes
Aug. Penitentes penitentes penitentes
⁊ non eſtis deum irridentes imitare vitā
recōſiliamini ⁊ vos. Tercio oportebat
xp̄m pati vt ianuā aperet ⁊ hominē exclu
ſum illuc reduceret. Janua em̄ padiſi tri
pliciter clauſa fuit vt habet̄ Gene. iij. ſc3
angelica cuſtodia. ignis vel xmentia ⁊ rū
phea bis acuta. Angelica cuſtodia ſignifi
cabat inimiciciā que erat inter hominē ⁊
angelū. Ignis ſignificat obligatiōem ad
penā. Rūphea bis acuta ſignificat dei iu-
ſticiam que hominē intrare non patiebat̄
donec ſibi ſatiſfieret de offenſa. Sed xp̄s
p ſuam paſſionem ⁊ reſurrectōnē angelū
homini pacificauit. ⁊ ſic primū obſtaculū
remouit. Col. j. Pacificās p ſanguinem
crucis q̄ in celis ⁊ que in terris ſunt. mor
tem ⁊ penam eternam ſupauit. ⁊ ſic ſcđm
obſtaculum remouit. vnde dicit̄ in orōne
Eternitatis nobis aditum deuicta morte
reſeraſti. dei ſententiā mutauit. q2 ſibi ple
ne ſatiſfecit. ⁊ ſic terciū obſtaculum remo
uit. vnde cantatur. Qui p nobis eterno
patri ade debitum ſoluit. ps. Que nō ra-
pui tunc exſoluebam.

De eodem Sermo. v.

Jheſum queritis nazarenū ſurrexit
non eſt hic. Mathe. vlt. Iſta verba
dixit angelus ſanctis mulieribus.
que quidem ſecute fuerūt xp̄m predican
tem vt ſibi miniſtrarent dolorē oſtenderēt
xp̄m in patibulum exiſtentē vt eum ſoci-
arent. xp̄m in tumulo quieſcentē vt ip̄m
inungerent ſicut hodie. In pmiſſis vbis
tria ponunt̄ Primū eſt iſtarū ſanctarū mu
lierū magna ſtudioſitas. cum dr Jheſum
queritis nazarenū. ⁊ q2 ſtudioſe queſiue-
runt quatuor fuerūt differentie. Quedā
em̄ queſiuerunt mane ſicut iſte mulieres.
de quib9 dicit̄ Et valđ mane vna ſabba
torū ⁊c. Et ideo eis inuenire fuit valđ fa-
cile. Illi querunt xp̄m in mane qui que-
runt ipſum in iuuentute. ⁊ iō de facili in-
ueniunt Prouer. viij. Qui mane vigila
uerint ad me inuenient me. Sunt eī ſicut
mollis cera q2 d facili recipiunt impreſſio
nem bonam ps. Factū eſt cor meū tanq3
cera liqueſcens. ſicut recens teſta. quia de
facili imbibūt ⁊ obſeruant bonum odorē
Prouerbio. xxij. Adoleſcens iuxta viam
ſuam ⁊c. Sicut gracilis virga. quia de fa
cili flectūtur ad bonam opatōnem. Can.
tercio capitulo. Que eſt iſta que aſcendit
de deſerto ſicut virgula fumi ex aromati-
bus ⁊c. Alij autem queſierunt in veſpere
ſicut illi qui dixerunt Luce vltimo capi.
Mane nobiſcum domine quoniā adueſ-
paſcit ⁊ eis inuenire fuit tardū ⁊ difficile

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Unde chriſtus eis dixit. O ſtulti ⁊ tardi
corde ad credendū. Illi ergo querunt veſ
pere qui querunt ipſum in ſua ſenectute.
Tales enim eum difficulter inueniunt ex
quo in malo indurantur ⁊ ab humore gra
ne exſiccant. ps. Aruit tanq̄ʒ teſta virtus
mea. ⁊ ir aut nunq̄ʒ ꝯfitentur. ideo ſub/
ditur. Lingua mea adheſit faucib9 meis.
⁊ ſe̅x in peccatis ſuis moriunt̄. vnde ſub
dit̄. ⁊ in puluerem mortis deduxiſti me.
Alij queſierunt ipſum in ſero. ſicut illi de
quib9 dicitur Jo. xx. Cū eſſet ſero die illa
vna ſabbatoꝝ ⁊c. ⁊ eis inuenire fuit dubi
tabile. vnde dꝛ Luce vlti. vbi agit̄ de iſta
apparitōe facta in ſero ꝙ dubitauerunt. ⁊
ipſum eſſe ſpūm crediderunt. Illi ergo q̄
runt in ſero qui querunt in mortis articu/
lo ⁊ talium pn̄iam aug9. dicit eſſe dubita
bilem dicens Fidelis beneviuens ſecur9
hinc exit. baptiſatus ad horam ſecurus ex
it. agens penitentiam dum ſanus eſt ⁊ re
conciliatus ſecurus hinc exit. agens peni
tentiam ad vltimum ⁊ reconſiliatus ſi ſe/
curus hinc exit ego non ſum ſecurus Eo
rum enim qui in morte penitent quidam
penitent tm̄ timore pene Iſti ſunt in ſtatu
perditōnis. ⁊ quidā penitent amore iuſti/
cie qui etiā ſi penam non timerent adhuc
deo ſeruirent. Iſti ſunt in ſtatu pfectōnis
Quidam ex ꝯſideratōe vtriuſq̄ʒ cauſe ha
bentes reſpectum ad amorē iuſticie. ⁊ ad
vitatōem pene. iſti ſunt in ſtatu ſalutis.
Et qꝛ illi qui tm̄ penitent in extremis vi/
dent̄ hoc facere timore pene. ideo eoꝝ peni
tentiam aug9. dicit eſſe dubiam. Alij que
ſierunt eum in nocte. ſicut milites poſiti
ad ſepulchꝝ. ⁊ eis inuenire fuit impoſſibi
le. Illi autem in nocte querunt qui xp̄m
voluit inuenire poſt mortē. ⁊ qui in mor
tali deceſſerunt impoſſibile eſt ꝙ eum vn/
q̄ʒ inueniūt. niſi eo modo quo eſt in infer
no. Deus enim eſt in mūdo per miſericor
diam. ⁊ in celo per grām ⁊ gloriam. in in/
ferno per iuſticiā. Non ergo ipſum inue/
niunt vt miſeratoreʒ. qꝛ hoc modo eſt in mū
do. nec vt glorificatorem. qꝛ hoc modo eſt
in celo. ſed vt iudicem tortorem. quia hoc
modo eſt in inferno ¶ Secundo ponit̄ cri
ſti infinita caritas cum dꝛ. crucifixum. de
qua dicit̄ Johan. xv. Maiorē hac dilecti
onem nemo habet. vt animā ſuam ponat
quis p amicis ſuis. Et ponit chriſtus vl
timum ſignū amoris. Amor enim p qua
tuor manifeſtat̄. Aliqñ per verba. ⁊ iſtud
eſt magnū ſignum. Qñ enim cor eſt ple/
num amore os abundat in ſermone Lu.
vj. Ex abundantia cordis os loquit̄ Ali
qñ per beneficia. ⁊ iſtud eſt maius ſignuʒ.
Multi enim dant beneverba qui tamen
non darent beneficia Johan. iij. Non di/
ligamus verbo neq̄ʒ lingua ⁊c. Aliquādo
per obſequia perſonalia. ⁊ iſtud adhuc ē
maius. Multi enim ſeruirent de ſubſtan
tia ſua qui non ſeruirent de perſona ꝓpria
De iſto dꝛ Gene. xxix. Seruiuit iacob p
rachel ſeptem annis. Aliqñ per mortem.
⁊ iſtud eſt maximū ⁊ vltimū. Multi enim
darent in obſequiū perſonas ſuas qui nō
darent in mortē ſuas animas. Iſta qua/
tuor ſigna xp̄s nobis oſtendit. de duob9
primis dicitur Johānis. xv. Vos amici
mei eſtis. ⁊ poſt. vos aūt dixi amicos. qꝛ
omnia que audiui ⁊c Ecce ſignū amoris
per beneficia. De alijs duobus dicit̄ Ma
the. xx. Filius hominis nō venit miniſtra
ri ſed miniſtrare quo ad primum. ⁊ dare
animam ſuam in redemptōnem pro mul
tis. quo ad ſecundum ¶ Tercio ponitur
chriſti reſurgentis immenſa pietas in hoc
ꝙ ⁊ petrum voluit deſignare ex nomine ne
deſperaret ex negatione quando angelus
dixit. Dicite diſcipulis eius ⁊ petro ⁊c.
Licet enim depoſuerit omnem paſſionis
defectum. tamen non depoſuit pietatis af
fectum. Chriſtus namq̄ʒ ante incarnatio
nem cognoſcebat noſtras miſerias per qū
dam theoricam. id eſt per ſuam ſapienti/
am. ideo multum erat miſericors. Pſal.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Quomō miſeretᷣ pater filioꝝ miſertus ē
dn̄s timentibꝰ ſe. recordatus eſt quoniaꝫ
puluis ſumus ꝛc. poſt incarnatōnem aūt
eas ſciuit per practicam ꝛ exercitationem
longam. q꞉ xxxiij. annis practicauit. ꝛ ſe
exercitauit circa noſtras infirmitates. Et
ideo fuit valde ꝯtriſtatus q̄n tam longa
excitatio in nobis non habet effectum ps.
Contriſtatus ſum in excitatōne mea ꝛc.
Tandem ſciuit eas ꝑ expiētiā q꞉ exptus
eſt temptatōnes dolores ꝛ mortē. ꝛ ideo
factus eſt maxime miſericors Hebre. iiij
Nō enī habemus pontificeꝫ qui nō poſſit
compati infirmitatibꝰ noſtris temptatuꝫ
autem ꝑ omnia. Si enī eſſet aliquis me/
dicus qui eſſet bonus cyrurgicus ꝛ bonꝰ
practicus ꝛ infirmitates ſepe exptus. iſte
maxīe eſſet miſericors. talis enī medicus
fuit chriſtus dn̄s noſter Iſta tria tangūtᷣ
Hebre. v. Et quidē cum eſſet filius dei.
Ecce q꞉ ſciuit noſtros defectus ꝑ diuinā
ſapientiā. didicit ex his que paſſus ē obe
dientiā. Ecce q꞉ eos ſciuit ꝑ expientiā. ꝛ
ꝯſummatus factus eſt omnibꝰ obtempe
rantibꝰ ſibi cauſa ſalutis eterne. Ecce q꞉
eos ſciuit ꝑ exercitatōnem longā. tamdiu
enī ſe exercitauit ꝙ ꝯſummauit artē ſuaꝫ
ꝛ veritatem

Feria ſecunda poſt Paſcha.
Sermo.

Tu ſolus pere grinus es in iherusalē ꝛc. Lu.
vlti. Volens xp̄s in celeſtem iheruſalem
trāſfretare. pegrinum ſe fecit. Fuit ei pere
grinus ꝯtrum ad quatuor. Primo ꝯtruꝫ
ad habitū quem aſſumpſit. ipſe enī crucē
aſſumpſit q̄n ipſam ꝓprijs humeris ba/
iulauit. que quidem crux fuit nauis q꞉ in
celeſtem iheruſalem deduxit. Sapiē. iiij.
Trāſeuntes mare ꝑ ratem liberati ſunt. ꝛ
fuit malus in ipſa naui. Ezech. xxvij. Ce
drum de libano tulerūt vt facerēt tibi ma
lum. Et fuit clauis q꞉ celeſtem iheruſalē
aperuit. Iſaie. xxij. Dabō clauem dauid
ſuꝑ humeꝝ eius. Scd̄o aſſumpſit pileuꝫ
i. coronam ſpineam. ꝑegrini enim portāt
pileum ꝯtra eſtum. ventum ꝛ pluuiā. ſic
chriſti corona ꝛ paſſio eſt nobis in vmbra
ab eſtu voluptatū. Defendit enim nos a
pluuia tribulatōnum ꝛ a vento temptati
onū. Iſa. iiij. Tabernaculū erit in vmbra
culum diei ab eſtu quo ad primū. ꝛ in ab
ſconſionē a turbine ꝛ pluuia. quo ad alia
duo ſequētia. Tercio aſſumpſit ſclauinā
i. corpꝰ. q̄ ſclauina fuit albi coloris ꝓpter
puritatem. Apocal. xix. Ecce equus albꝰ
ꝛc. Corpus enī chriſti fuit equus inq̄ntū
ratio ipſum duxit. ꝛ fuit albus ſcꝫ inq̄ntū
puritatem habuit. deinde facta ē ꝛ nigra
ꝓpter liuorem. Iſa. liij. Cuius liuore ſa/
nati ſumus. tandem facta eſt rubea ſcꝫ per
ſanguinis effuſionem. Iſay. lxiij. Quare
rubꝝ eſt veſtimentum tuum ꝛc. Quarto
aſſumpſit ſcharcellam. i. animam. ſolent
enim ꝑegrini in ſcharcella theſaurum po/
nere ꝛ portare. In chriſti anima fuit tri/
plex theſaurus ſcilꝫ miſericordie. gratie ꝛ
ſapientie. de quo dicitᷣ Iohan. j. Vidimꝰ
gloriam eius. i. glorioſam miſericordiaꝫ
eius plenam gratie ꝛ veritatis. Quinto
aſſumpſit baculum. i. crucē qui quatuor
clauis fuit ferratus. ꝑegrini enim vtunt
baculo ad ſuſtentatōnem. ad fluuioꝝ trāſ
uadatōnem. ꝛ ad malaꝝ beſtiaꝝ ꝑcuſſio/
nem. ſic chriſtus baculo ſue crucis mun/
dum ſuſtētauit ps. Virga tua ꝛ baculus
tuus ipſa me ꝯſolata ſunt. Flumē mūdi
tranſuadauit. Geñ. xxij. In baculo meo
tranſiui iordanem iſtum. ꝛ diabolum per
cuſſit. Iſaie. xxx. A voce domini pauebit
aſſur vga ꝑcuſſus. Sexto aſſumpſit cal
ciamentum. ꝑegrini enim calciamentum
aſſumunt contra lutum ſcilicet ſpinas ꝛ
lapides. Iudei enim in chriſtum proiece
runt lutuꝫ. Pſal. Eripe me de luto vt nō
infigar Spinas quando coronā ſpineaꝫ
ſibi impoſuerunt Et lapides Iohā. viij.

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf